

bilio quando illa dicatur. Sic Hoftiensis eodem cap. monasteria numero 1. & eo frequentare. el 1. & ibi Ioannes Andiccas in fine. Antonius fine. Cardinalis fine. Anchaterius fine. Imola fine. Nauarrius commentator 4. numero 61. verbo quibus addo. de regular. Manuel questionum regularium tomo 1. questione 45. art. 4. Llamas in methodo curatione. in appendice. quam ponit in fine. in §. 4. Quare Nauarrius. & Manuel arbitrantur. non esse frequentiam. si quis moniales duodecim annos. feme mel singulo quoque trimestri alloqueretur: ut esse frequentiam si ter tribus diebus continuis. Llamas autem dicit esse frequentiam loqui dubius vicibus una die. vel duabus diebus diebus continuis. non autem tunc mense duas vices.

¶ Et hæc posterior sententia placet. vt reliquuntur prudentis arbitrio: sed existimo nimis stricuum esse arbitrium prædictorum Doctorum. quare tunc credemus esse frequentiam. quando feme singulis mensibus. aut ter tribus diebus continuis.

¶ Nominem autem monasteriorum. quorum frequenta intercedit eodem cap. monasteria. quidam dicunt intelligi tam ipsas moniales. vt sic sumatur continens pro contentio. quæm etiam ipsam monasteria: quod in ipso sum quoque frequenta periculum sit. Ita docent Hoftiensis eadem cap. monasteria. numero 1. & ibi Ioannes Andreas numero 1. Abbas num. 2. apposit. 1. Imola num. 1. Cardinalis num. 3. apposit. 1. Quæc Antonius ibi. fin. querit. an pena illius textus locum habeant in frequenteribus sola monasteria. & refert quodam dicere non habere locum. & alios habere locum. ac in ultimo loco videtur eam sententiam amplecti. Sed melius Innocentius ibi. num. 2. n. explicat. id est. moniales. Quare optimè Nauarrius commentator. 4. num. 61. de regulari. referit Rome esse editum a vicario Pontificis de eius commissione promulgatum. ne quis vir. vel femina nocte. aut die loquatur. vel scribat aliqui moniali. vel Prælate. vel pueras in monasterio. quacumque de causa inclusa. absque vicarii Pontificis. aut protectoris ordinis licentia. tuba pena quingentorum aureorum. & alia arbitriaria. exceptis defensoribus electorum. aut opera manuum ab eis facienda. qui solam Abbatissam. aut eius vicariam alloqui poterunt. Sed Nauarrius ibi. & Manuel questionum regularium tomo 1. questione 45. art. 3. aut. & bene. decretum hoc ad alias prouincias non extendit: cuius signum est exigere licentiam vicarii Papæ. aut protectoris ordinis. qui Romæ solum comorantur.

Atque Gregorius XIII. præcepit quibusdam regulibus sub excommunicatione late sententia. ne scriberent monialib. sui ordinis. Circa quod decretum dubitari potest. an eam excommunicationem incurvant. qui moniali scripseré. at literæ ad ipsam non peruenient. Qui questioni optime facilius Nauarrius libro 5. consil. 11. de sententia excommunicationis. in 1. editio. anno 1510. consilio 60. in 2. toto consilio 19. & Manuel questionum regularium tomo 1. questione 45. art. 3. dicentes hos peccata contra obedientiam. & non incurrisse excommunicationem. quia etiæ id axioma. verba cum effectu sunt intelligenda. deducunt ex 1. 1. & hoc autem verba. ff. quod quinque iuris. & cap. hac autem verba. de penit. d. 1. non sunt intelligendum. de quocumque effectu extrinsecus. sed illo solo. quem verba propriè significant. vt ex iudicio probat idem Nauarrius eodem cap. hac autem verba. num. 10. & mislio est eff. etiæ intrinsecus. quem significant illa verba: & hoc intelligendum est. nisi legilatio.

¶ Insuper exigitur licentia superioris ultra prædictam causam. vt expriſe paret ratie. vel expreſſe efficiat. etiam extrinsecum. vt probat ex 1. 1. si Balsaurian. C. de fideiſſor. que habet. promittente inuenire latronem. non laſſaſe inueniendo. nisi eum caput Indici exibeat. Addit autem Nauarrius eos in curſus excommunicationem. si præfata litera peruenient per relationem personarum fide dignarunt ad moniale. Sed hoc non approbo: quia hoc non est vere peruenire literas. sed quoddam illarum nuntium.

¶ Qualiter autem fratibus Minoribus sit sua regula interdictum accedere ad monialium monasteria. & qui superiores possint eis licentiam concedere. consulendus est Manuel qz. regul. tomo 1. q. 45. art. 4. & tripliſiſegni. Tandem

Tandem diff. ultas est. an culpa lerhalis sit accedere. ab illo legitima causa ad monasteria monialium. aut illa frequente. contra prohibitionem cap. monasteria. de vita. & honestate clericorum. & cap. periculoso. in principio. de statu regularium. in 6. quam haec tenus explicuit. Llamas in methodo curatione. in appendice. quam ponit in fin. §. 4. dicit esse culpam lethalem frequentiam hanc in clericis. vel laicis. quod granis penitentia eodem cap. monasteria. Atque idem docet Manuel quest. regularibus. tomo 1. questione 45. art. 4. Secus. inquit. est de uno. vel altero accessu; si enim ex materia levitate. quando absque causa infra est. aut absque legitima licentia. veſtialis est.

¶ Verum ex illo. seclusis aliis extrinsecis scandalis. aut malis finis circumstantiis. non esse culpam mortalem eam frequentiam absque infra cauſa. & licentia. nisi frequentans ab Episcopo monitus non defiliat. Duxit. quod dicit. cap. cum monasteriis. eas penas graues non statuat ante prædictam monitionem: nec. sed filius his circumstantiis. fit materia adeo grauis.

Præterea. quia Caeteranus in summa. verbo clericorum peccata. vers. nec obſtit. dicit. at nulla clericis iure prohibita obligare illos ex vi illius prohibitiōnis. seclusis circumstantiis extrinsecis. sub culpa lethali. donec contumacia adlit non obediendo monitionis. Atque in nostris propriis terminis docet Nauarrius summa Latina. & Hispana cap. 25. numero 10. Et quoniam de culpa ventali etiam dubitare videatur: at credo accessum sine iusta causa. aut absque licentia esse veniale. nedum frequentiam. Cum etiam addo. rarissime attentis circumstantiis extrinsecis frequentantes excusat à mortali. Quia rarissime non inde scandalum conserget. & rarissime deficit finis aliquis turpis. Si tamen ex circumstantiis concurrent. vt hac deficeret. erit sola culpa ventalis. vt diximus.

## CAPUT XVII.

De clausura monasteriorum virorum quoad ingressum femininarum in ea.

## SUMMARIUM.

Quæ questiones disputatione sint. n. 1.

Proponuntur textus interducentes ingressum femininarum in viciniora monasteria. n. 2.

An interdicatur ingressus pueriarum. & satuarum? respicit duplex sententia. n. 3.

Sententia auctoris. n. 4.

An comprehendantur Regine. Imperatrices. & filie earum. num. 5.

An possint habentes facultatem ingrediendi. ingredi alii familiis committit. n. 6.

An possint ingredi fundatrices. n. 7.

An comprehendantur in hoc motu proprio feminine. que non ingrediantur virtute aliquarum facultatum. & admittentes? remissio. n. 8.

An sit mortale eas ingredi. aut religiosis eas admittere. f. ad probatione huius motus proprij. n. 9.

¶ QVADRUPLEX est quæstio disputanda. Prima est. Quorum femininarum ingressus in virorum monasteria interdicuntur. Secunda. Quid nomine monasterij comprehendatur. Tertia. In quibus casibus sit ingressus hic licitus. Ultima. Quas penas incurvant feminæ extra casus licitos ingrediendes. ac religiosi. qui eas admittunt. & cuius sit in eis dispensare.

¶ QVASTIO prima. Quatum femininarum ingressus in monasteria vicorum interdicuntur. Præmittendum est.

Arque possunt iuxta aliquos ingredi quacumque feminæ, quibus ingeñus in virorum monasteria est concessus, his feminis comitare queas comitari solet; quia non est credendum mentem Pontificis esse, has personas ingredi aliter quam earum dignitatem decet. Præterea id colligitur ex c. lxxviii de priuilegiis, in 6. vbi dicuntur, priuilegium concessum aliqui personæ ad audienda tempore interdicti diuina, extendi quoque ad personas eas comitari solitas: & ita docet Manuel in expositione eiusdem motus proprii, num. 4. Sed hoc ita viuenda lier dictum non placet, quia cum hæc prohibitiō sit ratione debeat: esētque valde indecent, ut pueræ solite has comitari ingredierentur. At placet, ut ingrediantur comitati paucis feminis, seniorib[us]que, & bone famæ, sicut Gregorius XIII. in motu proprio, qui incipit, *Dubius, qua emergunt, statuit, ut Prelati ingressi in monasteria monialium in casu necessitatibus, ingrediantur comitati paucis, & senioribus, vitaque probate: cum tamen Episcopi majori numero comitati soleant, ac pueris pedisleguis, ac vilibus hominibus antecambulonibus.*

7 Tertia difficultas est de feminis monasteriorum virorum fundatrices, an sub hac prohibitione comprehendantur? Actus trium capitulorum fratrum Minororum à Passiatello compilati, fol. 128. Manuel quasimodis regul. tom. 1. quæst. 4. art. 1. ver. circa quæst. & Sorbus in compendio priuilegiorum Mendicantium, verb. ingressu monasteriorum monialium, in suis annotationibus, in fine, referunt Gregorium XIII. consolatum, an hic motus proprias derogat regularum Minimum conceperit, ut feminæ stipulis Regie, & quacumque eius ordinis fundatrices possint devenir comitare ingredi eorum monasteria, respondit, non derogare, quoad Reginas, & quoad fundatrices dumtaxat. Quare scilicet hac declaratione ex illo, in quacumque religione, vbi familiis fuerit regula, ut permitteatur ingredi fundatrices, posse quoque eas ingredi. Quia Gregor. XII. non indulgedo, sed declarando dixit, non censeri per hunc motum proprium derogatum prædictæ Minimum regulæ. Quare cum eadem sit ratio de quacumque religione habentis similem regulam, idem quoque dicendum est. Quando autem nulla talis regula est, credo non posse has fundatrices admitti. Et hoc posterius satis indicat. Manuel in expositione huius motus proprii, numero 3, ait enim idem Pij V. explicantibus ducis, & similes, quia hæc solent esse fundatrices, & ne putaret quispiam posse fundatrices ingredi.

8 Quarta difficultas est, an comprehendantur in huius motu proprij prohibitione feminæ, qui nullius facultatis virtute ingrediantur, aut religiosi sic illas admittentes? & quid in prohibitione motus proprij Gregorij XIII. qui eundem feminatum ingressum interdixit? Sed de hac re latè diximus cap. præcedent. numero 79.

9 Sed quates, an seclusa horum motuum propriorum prohibitione, esset culpa lethalis feminas in virorum monasteria ingredi, aut religiosi sic illas admittere. Et videtur posterior pars affirmans, cum vereque motus proprij sem adeo grauem existimat, ut sit necessaria licentia Pontificia ad eum ingressum, ac omnes licentias reuocet. Sed bene Suarez s. i. tom. 3. par. disputation. 22. secl. 6. num. 12. ait, nullibi reperiit textum alium interdicens hunc ingressum sub mortali, nec intrinsecis sola re natura, seclusis aliis extrinsecis circumstantiis, esse quod tanquam mortalis damnetur. Quare, seclusis institutis illius religionis à Pontifice confirmatis, interdicentibus hunc ingressum, vel admissionem, & extrinsecis violentiæ illatae religiosis, scandali, aut malis finis circumstantiis, non erit mortalis.

Quamvis autem eo motu proprio non interdicatur ingressus feminarum in hæc religiosorum loca, quæ vere monasteria non sunt, decet tamen religiosam honestatem, illas ad hæc loca minimè admittere: nec tenetur religio-

*An nomine monasteriorum, & dormitorum virorum in que interdicti ingressus feminarum, intelligatur predia, horæ, & quacumque religiosorum domus, separata a monasteriis, & proponuntur probantia partem affirmantem, numer. 10.*

*Explicatio sententia authoris. n. 11.*

*Quid intelligatur nomine monasteriorum? n. 12.*

*An possint expelli feminæ à religiosorum prediis, ne ibi sacra interfine, quamvis sit dies festus, nec alibi audire possint? num. 13.*

*An horæ, quos religiosi in suis monasteriis habent, comprehendantur nomine monasterij, & ita sit interdictus ingressus feminarum ad illos: resurit quadam sententia, num. 14.*

*Sententia authoris. n. 15.*

*Quid de sacrificiis referuntur quedam sententia. n. 16.*

*Sententia authoris. n. 17.*

*Atrium scholiarum Societatis I. & S. V., aut atrium exterius religionum, in quo non est sanctoris sedes, censeatur comprehendendi in probatione huius motus proprij numero 18.*

*Quid de religiosorum domibus, dum fabricantur, aut de domibus, informis in ciuitate destinatis ad ipsos excipiendo? num. 19.*

*Quid de dominibus Societatis, quas residentias vocant? numero 20.*

*Quid de Prioratibus aliquarum religionum? n. 21.*

Quæstio secunda. Quid nomine monasterij virorum comprehendantur, in quo hic feminarum ingressus interdictus. Et quidem videntur intelligi quacumque religiosorum propriez domus, etiam si monasterii separata sint, ut sunt predia, domus rusticæ monachorum, ac horæ illorum, quod recreandi animi gratia solent aliquando le recipere. Qui motus proprius Pij V. dicit, *ne dictas domos, & monasteria ingredi, at dictio copulativa inter diversa ponitur, & sic non exigunt ingressus ad monasteria, fed ad illa, vel ad domos; hac autem sunt domus, quamvis monasteria non sint.*

Sed dicendum est, pro codem prorsus usurpari dominos, & monasteria; sicut in simili probacionis c. 15. n. 8. in motu proprio Pij V. interdictum ingressum monialium à suis monasteriis, seu domibus, pro codem usurpari monasteria, & domos. Nec oblati, ibi vnum Pontificis dictio, *seu, cuius natura est sumi expeditio, ac illæ inter nomina diversa idem significantia: in hoc autem motu proprio vnum esse dictio, & quæ sapientia natura ponitur inter diversa, Nam vel Pontificis quantum doceamus, & quandoque alia dictio in rebus omnino similem habentibus rationem, et signum eius memet esse, non sumi dictio copulativa in suo proprio significato, sed sumi pro dictio, *seu, vel, sive.* Et ita utræque vox, *domus, & monasteria,* pro codem usurpanatur, nec comprehenduntur domus, *sed, & horæ,* ut intra clausuram monasterii non sunt. Et sic docent Nauarrius comm. s. m. 62. notab. 1. de regular. & lib. 1. conf. in edict. de regul. conf. 66. & n. 3. sive in fin. 2. lib. 5. tit. de verb. *scilicet. conf. 3. n. 3.* Manuel in expositione huius motus proprij num. 1. Llamas in methodo curationis, in appendice, quam ponit in fine, in §. 12. ver. circa quæ primo aduerimus.*

Nomine autem monasterij intelliguntur ea sola, quæ sunt intra monasterii septa, ut bene ait Nauarrius *vno que consil. allegato, men. vñmo, & clarissim Paz in sua practica. tit. 1. par. 5. cap. 3. & 3. num. 32.* dicens comprehendit omnem contentam intra septa, & ambitum monasterij, quæ vna clausura clauduntur.

Quamvis autem eo motu proprio non interdicatur ingressus feminarum in hæc religiosorum loca, quæ vere monasteria non sunt, decet tamen religiosam honestatem, illas ad hæc loca minimè admittere: nec tenetur religio-

religiose eas admittere, etiam si dies festus esset, nec feminæ illæ possent sacro interessere, nisi in illo religiosorum p[re]dio, aut domo. Quia prepondet decencia religiosa necessitati feminas à suis domibus expellendi.

14 Ex his deducitur primum, quid dicendum sit de horæ, quos religiosi in suis monasteriis habeant, qui contigui sunt cum ipsis monasteriis. Et quidem si per clausura monasterij sit ad horæ eius ingrediendum, nemo dubitus ingressus interdicti hoc motu proprio, eti non ratione horæ, saltem ratione clausurae per quod est ingressus. Sed difficultas est, quando in horæ ipsius ianua est, per quam abesse claustrorum ingressu patet ad illos accessus. Manuel in expositione huius motus proprij, numero 2. aliquantulum dubius est propter quandam Innoc. IV. & Nicolai III. declarationem, in qua declaratur nomine monasteriorum monialium Sancte Clare, in qua fratibus Minoribus sua regula ingressum interdicti, comprehendi sola dormitoria, claustra, & officinas interioribus: ait tamen turris, & verius esse comprehendendi. Quia Gregorius XIII. in suo motu proprio, qui incipit, *P[ro]b[us] gratia, vbi ingressum quoque feminarum in virorum monasteria interdictum, ait; ne in monasteria, domos, & loca sua, & non dicit tantum in monasteria, & domos, ut Pius V. At ij horæ sunt loca monasterij. Et Sorbus in compendio priuilegiorum Mendicantium, verbo ingressu monasteriorum monialium, in suis annos. num. 1. quamvis attenta ea declaratione dubitari, subdit, ex predictis motus proprij Gregoriani verbis clarum esse comprehendendi, & ita practicari.*

15 Ceterum verba illius motus proprij, mea sententia, nihil ad hoc conferunt: nam nomine monasteriorum, domum, & locorum, idem intelligit Gregorius XIII. ut constat. Quindo enim interdictum ingressum, solum dixit, *monasteria & quousmodi modi ingressi audeant;* & dum admittentibus in ea indixit prenas, dixit, *monasteria, domos, & loca;* & non est credendum impossuisse postea admittentibus feminas ad loca monasterij, in qua ingressus non erat interdictus. Rursus, quia similiter rurifica conuentus prædicti sunt religiosorum loca, & tandem farentur omnes (ut vnum. 1. diximus) non comprehendendi. Tandem, quia sicutem dicendum est, nec feminas ingredientes, nec religiosi admittentes in eos horæ comprehendendi in huius motu proprij prohibitione, sed in solius Gregoriani. Quod non modic effectus esset: quippe hic motus proprius intelligitur in vniuersum de mulieribus, quæ hæc virtute facultatum, siue carentes illis ingrediuntur, & de admittentibus illis. At Gregorianus de solis ingrediuntibus, & admittentibus virtute facultatum, ut probauimus cap. præced. num. 79. Quare ex illo in vniuerso motus proprij prohibitions horæ cōp[re]henduntur: quod fin intra monasterij clausuram, parique ipsius. Rursus, quia similes monialium horæ nemo dubitabit esse intra clausuram, cum monialibus clausura ad ead[em] adstrictis, integrum sit ad illos se recipere, ut praxis ipsa ostendit. Quare dicendum est, Pontificis illorū nomine officiarum interdictum horæ comprehendendi, vnde qui re creatione monialium, & religiosorum in manendo intra clausuras deferuntur.

16 Secundo deducitur, quid dicendum sit de sacrificiis, quando est contiguæ Ecclesiæ, solo patiente intermedio eam ab Ecclesiæ diuidenti, quando enim in eam ingressus minima patet, nisi per monasterii clausura, res est clara. Sed difficultas est, quando non opus est per claustrum ingredi, sed per portam factam in ipsa Ecclesiæ existente in ilam itur. Sorbus num. 14. allegatus refert multis de hoc dubitate, & quod siam religiosos reputare eam esse intra monasterij clausuram, alios autem id negare, & admittere in ilam mulieres gratia confessionum excipiendarum: & ipse nil decidit, sed solum debere Prelatos esse circumiectos, examinan-

S V M M A R I V M .

Proprius concessio quadam Pij V. ut ingrediantur feminæ virorum monasteria quibusdam diebus. n. 12.

do, an scandalum, & perturbatione religiosorum, quæ sunt rationes, quibus innititur hic motus proprius, inde oriuntur. Manuel quoque in expositione huius motus proprij, num. 14. dicit, in religione Minorum repudiari tanquam officinam monasterij interiore, nec permetti feminas in illam ingredi: at se vidisse in monasterio Sancti Augustini eas in sacrificia confessuras admitti, & ipse nil decidit.

Sed multo magis ratione consonum mihi videtur, <sup>17</sup> eam esse intra clausuram, & sic nullatenus posse feminas in illam admitti. Ducor, quod sacrificia illo medio patiente disiuncta ab Ecclesiæ, non sit Ecclesiæ pars, sicut sunt facta Ecclesiæ, ut ex multis probauit lib. 7. de marinis. disputation. 5. num. 3. & 34. quod & ipsa experientia testatur. Mirabunt enim seculares, ac iure optimo eis scindali anfa tribuerit admisis illuc mulieribus. At damnandum non esset monasterium, in quo eis vius feminas in sacrificiis admittendi, cum res hæc non sit comperta, sed variis sententias subdiviciatur.

Tertio deducitur, quid dicendum sit de atrio scholiarum Societatis I. & S. V., quando schola sunt contigua, ut ferè sunt semper, cum Collegio. Scio viros doctos indicare non repatriari intra clausuram, nec similiter exterius Collegii atrium, in quo est porta, que tota die secularibus patet, nec ibi sedes est sanctoris: sed clausuram incipere ab ea porta, in qua sedes est sanctoris ad clausuram fernandam. Quod mihi quoque placet, quia cum vniuersum atrium dictum ita paret, ut ingressus illius nemini interdicatur, nec clausura ibi feruerit, iure optimo reputatur esse extra monasterij clausuram, quamvis maximè dedecet feminas, nec ad illa admittuntur. Quod omnino in Societate I. & S. V. seruat.

Quarto deducitur, religiosorum domos nondum fabricarias, fed fabricari caspas, in quibus nondum contentus ad ibi morandum fuit introductus, sed solum aliqui religiosi ibi inhabitant pro fabrica totius servitio, non censeri tunc monasteria, ut ingressus feminarum in illis censetur hoc motu proprio interdictus. Sic refert Sorbus in privilegio Mendicantium, verbo ingressus monasteriorum monialium, in suis annotationibus. num. 1. *Postea, ejus aduentum, & satis placet, quia nondum dominus in illa censetur contentus. Idemque refert declaratio de dominibus, seu infirmariis in ciuitate constitutis ad religiosos tanquam hospites excipiendo, vel ut in eis ad valetudinem præfitione relinquantur, quia nec contentum, nec Ecclesiæ habent; & id satis est manifestum.*

Quinto deducitur, quid dicendum de dominibus in quibus religiosi aliqui Societatis I. & S. V. in aliquibus locis inhabitant, quia nondum tanquam Collegia, aut dominus probatio, professorum fuit acceptata, a Patre nostro Generali, quas vulgo residentias appellant. Quia in se cunsum viris doctis, quos confulsi distinguendu[m] censent. Si tantum ibi no[n]t ad tempus commorantur sint, & ideo non in forma collegij ibi vivunt, nec est ibi Ecclesiæ cum Eucharistia, non censentur dominus religiosos comprehendere in hoc motu proprio: secus si sunt residentes perpetue, in quibus omnino in collegij forma vivunt, eti[que] Ecclesiæ cum Eucharistia. Quia priores reputant tanquam priuata nostrorum hospitij domus; posteriores autem sunt omnino instar dominum aliarum Societatis.

Sexto deducitur, Prioratus, quos habent monachi D. Benedicti, & D. Bernardi, comprehendendi in hac prohibitione, quia tales monasteria sunt, & clausurae habent. Sic Llamas in methodo curationis, in appendice, quam ponit in fine, §. 12. ver. circa quam primo aduerimus.

*An possint religionum Prelatis supplicationes extraordinarie indicere, ut licet feminis claustra ingredi? n.23.  
An licet die supplicationum manè celebratarum, ingredi vespere claustra? n.24.*

*An licet ingressi quando in claustro admittitur quisquam ad habitum, aut professionem, aut loco pedum in die Cenæ celebratur, aut ibi predicatur, & an tunc licet ingredi locum, quem de profundis appellant? n.25.*

*Quid si sit sacrum in claustro? n.26.  
Quid si ad alium in ista, vel aliis quid si intra claustrum vobis Theologia defendatur, vel Comœdia aliqua rei pia representetur? n.27.*

*Quid si in his casibus licet ingrediantur famine ad aliquod malum perpetrandum? n.28.  
Quis finitis officiis ibi demoventur, aut ingrediantur officiis interioribus? n.29.*

*An gravis mendicius infirmo, aut eius laetandi, licet feminam ingredi? n.30.*

*An canonicos regularibus licet feminas ipsis inservientes intra, vel extra claustra teneantur? n.31.*

*An priuilegium Pontificis concessum feminis ad ingressum in virorum monasteria, profi quando statuimus monasteriorum in ingressus interdictur, incurvanturque tunc penitentias? n.32.*

**21. Quesito** tertio. In quibus casibus ingressus feminarum in virorum monasteria licitus sit. Manuel *quesi regular.* tomo 1. *quesi.* 48. art. 3. & melius in expositione huius motus proprii, num. 1. refert declaracionem quandam viuæ vocis oraculo eiusdem Pij V. qui declarauit causâ processionis, vigilie, Missie, funeris defuncti, vel alterius cuiuslibet officii intra monasteriorum claustra celebrare licet feminis in claustra, & ea religiosorum loca ingredi, dum hoc celebratur, dummodo in officiis internas non admittantur. Idem concepsit quando in Ecclesiis monasteriorum predicatorum, vel ob aliam quamcumque causam tantus est populi concursus, vt nequeant mulieres in Ecclesiis alter ingressi, aut ea egredi, quam per claustrum, vel alia religiosorum loca, dummodo recto trahite ad portam, qua de monasterio exiunt, accedant, & recto trahite ad Ecclesiam tendant.

**22. Circa quam concessionem dubitatur primò, an integrum sit religionum Prelatis, absque huius motus proprii contracione, & pecuniarum illius incursu, supplications, vulgo processiones, extraordinarias intra claustra instituere ad eum finem, vt mulieres ingredi possint. Breuitre responderunt, contrauentii huic motui proprio, qui haec concessio eò pertinet, vt scrupuli vitentur, concedaturque ingressus ratione consonus, non tam ad claustrum religiosam relaxandam. Et ita docent Manuel *quesi regular.* tomo 1. *quesi.* 48. art. 3. *vers.* circa quam declarationem, & in expositione huius motus proprii, num. 16. Sorbus in compendio priuilegiorum Mendicantium, verbo ingressus monasteriorum monialium, in suis annotationibus, num. 7.**

**23. Nec similiter** licet mulieribus ingredi claustra vesperi, quando tunc supplications non celebrantur, sed manè celebantur sunt, vt in die corporis Christi. Q. cùm vespere non celebantur, iam causa permissionis, ingressus cessat. Sic Manuel in eiusdem motu proprio expositione, num. 20.

**24. Secunda difficultas** est, quid intelligatur nomine alterius officii. Dico intelligi alia officia pia, vt si intra claustra aliquis ad suscipiendum habitum, vel ad emitendam professionem admittitur, vel in claustro predicatur, aut loco pedum in die Cenæ celebratur. Sic Sorbus *edem.* num. 7. & Manuel *quesi regular.* tomo 1. *quesi.* 48. art. 3. *notab.* 3. & in eodem motu proprio, num. 18. qui in hoc posteriori loco bene addit, feminas ingredientes in monasteri claustra, posse quoque ingredi in locum, quem de profundis appellant, quando claustro

coniuicntur est, & ita patens, ac facella claustris, secus si portam habeat: tunc enim interior monasterij officia reputatur.

Quare licet ingredi feminas claustrum ad audiendum sacram, quod intra illius facillum sit ob aliquius personæ potenter deuotionem, quia tunc celebratur ibi officium diuinum. Sic Manuel in eodem motu proprio, num. 16. *fin.* & idem ob eandem rationem dicendum est, quando id sit ob aliquam cauam.

Non tamen licet ingredi eo quod in claustro theses aliqua Theologia defendantur, aut aliqua rei pia Comœdia represententur, quia hec non connumerantur inter officia pia.

Tertia difficultas est, an contraueniant huic prohibitioni, & consequenter incurrant poenas, etiam admittentes, feminam tempore supplicationum, aut officiorum, que in claustro celebrantur si tam hoc, quam alio peruerso fine ingrediantur? Et dicendum est, nec illi contrauenient, nec illius poena incurrente. Quod docent Sorbus vbi allegatus num. 25. Manuel *edem.* art. 3. *notab.* 2. in hoc motu proprio, num. 17. & in hoc posteriore loco bene addit, hoc esse verum, quamvis peccatum aliquod exterius ibi committant. Quod eo tempore non sit ingressus interdictus hoc motu proprio, immo concessus, quamvis aliunde sit malus. At poena statuuntur ingressui interdictio in eo, sicut diximus cap. *præced.* num. 69. ingrediente in monialium Cenobia in casu urgenti ex legitima licentia, non incurrente poenam, eti ad formicandum quoque tunc eat, & forniscetur. Secus eff credo, si nulla ratione causa assistendi diuinis officiis, aut ornariis claustris videndi ingrediretur, sicut incurrent habens licentiam ingressus in monasterio monialium ex causa necessitatibus, si nullatenus gratia illius ingredieretur.

Quarta difficultas est, an feminæ ex predictis causis ingredientes teneantur egredi ita ut his officiis finitis? Breuitre dico, ad id tenet, at non metaphysico, sed mortali modo, ita vt breui temporis spatio ibi postea permanere dammandum non sit, sicut in simili ingressu in monasterio monialium diximus cap. *præced.* num. 69. Et sic docet Manuel *quesi regular.* tomo 1. *quesi.* 48. art. 2. *fine.* & in hoc motu proprio, num. 19. vbi addit, incursum poenam religiosum, qui finitis officiis, causa est diuitiae feminarum moræ, & ipsa feminas dum ibi demoventur. Sed non placet, ob ea quia dixi cap. *præced.* num. 69, quia haec non imponuntur moram trahenti, sed ingrediens absque licentia; secus si officinas interioribus conuentus ingrediantur. Quia ad claustrum solum, & loca, vbi officia celebrantur, induxit Pontifex licentiam, prohibendo ingressum ad officinas interioribus, & ideo hic ingressus est violatio clausura.

Quinta difficultas est, an causa inendi monachorum æger laborant, licet feminam ingredi monasterij claustra. Quidam autem instantे necessitate, vt quando in monasterio tam multi infirmi sunt, religiosi non sufficiant ad ministrandum, nec sunt viti seculares, qui ve- lint, posse hæcstas feminas, & supicio carentes admitti; quia prohibito humana non accipienda est in hac necessitate adeò urgenti. Sic traditum Manuel *quesi regular.* tomo 1. *quesi.* 46. art. 7. *ad finem.* & in hoc motu proprio, num. 13. Sorbus in priuilegio. Mendicantium, verbo ingressus monasteriorum monialium, num. 6. *vers.* & sic triam per idem verbum. Et placet quidem, ut hic casus est metaphysicus, & mortaliter nunquam necessitas haec contingit. At posset contingere, cum in oppido non inueniatur, qui curat, aut brachia contracta, aut coru offa inter se non coheretia, ad pristinum locum reuocare nosset, aut alii morbo medici, præter mulier in eis peritam, aut iudicant medici, valde indigere agri, vt à famina laetetur, nec alio latere posse morbo illi succurreri; nec infirmus posset turò claustro ad id extrahi. Et iuxta hanc doctrinam est dicendum, licere in eo casu ingressum,

Ex dictis

*ingredi eudent. Quo eodem verbo usus est Gregorius XIII. in suo motu proprio, qui incipit: Ubigratia. Quare ignorantia quantumvis crassa, dummodo non sit in gens temeritas, excusat sic ingredientes, vt diximus cap. *præced.* n. 82. vbi tractauimus, quis ab hac excommunicatione referuata absoluere poslit.*

*Alias poenas statuit idem Pontifex in eodem motu proprio religiosis admittentibus praedicas feminas intra sua monasteria, videlicet suspensiois à diuinis, priuationis officiorum, & ad illa inhabilitatis in posterum obrinenda, ipso facto absque alia declaracione incurrendas, his verbis; ipsi vero monasteriorum, & conuenientium Abbatibus, Prepositis, Prioribus, & aliis predentibus, quocumque nomine vocentur, & eorum monachis, canonici, & fratribus, sive mendicantibus, sive non mendicantibus, sub priuatione officiorum, que in presenti obviuant, & inhabilitatis in posterum ad illa, & alia omnia, & suspensiones a diuinis ipso facto sine alia declaratione incurrendas, ne eae introducere, admitterece presunt.*

*Ex quo deducitur, hunc motum proprium, & motum Gregorij XIII. de quo ferè tota cap. *præced.* egimus, habere se infor excedentis, & excelsi. Nam motus proprius Gregorij XIII. excedit quadem motum proprium Pij V. quia ille ultra poenam priuationis officiorum, & inhabilitatis ad illa statutum à Pio V. aduersus religiosos permitentes ingredi feminas in monasteria virorum, addit etiam priuationem beneficiorum, & inhabilitatis ad illa, & excommunicationem Pontifici referuntur, nec petit in admittentibus presumptiōnem, vt diximus cap. *præced.* num. 82. & 83. & iis poenam afficit eos, qui viros, aut feminas ingredi faciunt, aut permittunt in monasteria monialium, aut feminas in virorum monasteria. At motus proprius Pij V. non impone priuationem beneficiorum, & inhabilitatis ad illa, sed folium officiorum. Insuper petet presumptiōnem in admittentibus; præterea etiam loquitur de foliis admittentibus feminas in virorum monasteria. Excedit autem, quia motus proprius Gregorij XIII. folios Prælatos facientes, aut permitentes ingredi comprehendit, vt diximus cap. *præced.* num. 82. & iolos eos comprehendit, qui admittunt virtute facultatum ingredientibus concellarum, vt diximus cap. *præced.* num. 79. nec imponit suspensionem à diuinis facientibus, aut permittentibus ingressum. At hic motus proprius Pij V. intelligitur de facientibus, aut permittentibus ingredi feminas in virorum monasteria, quamvis nullius facultatis virtute ingrediantur, vt diximus cap. *præced.* num. 79. intuper ultra poenam priuationis officiorum, & inhabilitatis ad illa, imponit admittentibus, vel facientibus ingredi suspensionem à diuinis, sive hi Prælati sint, sive quicunque alii religiosi, vt constat ex eius verbis n. *præced.* relatis.*

*Cum ergo hic motus proprius petat ad eas poenas, incurrandas praumptionem in admittentibus, vel facientibus ingredi, excusat ab illis quicunque ignorantia crassa, dummodo non sit ingens temeritas, vt diximus cap. *præced.* num. 96. vbi etiam num. 97. egimus incurrant admittentes bono fine.*

*Quid autem intelligatur nomine officiorum, quibus priuantur, reddunturque inhabiles ad illa, qui has feminas admittunt, diximus cap. 15. num. 67. quid autem nomine admissionis, & an comprehendantur mandantes, vè consulentis, diximus fatis cap. *præced.* num. 37. & 93. & 94. & 95. Quod si petas, quid intelligatur nomine suspensionis, non est huius loci, sed tractans de suspensiōne, vbi explicatur, qui actus interdicuntur suspensiōne diuinis.*

*Sed difficultas grauis est, an haec poena priuationis officiorum, & inhabilitatis ad illa incurritur, absque illa testimoniis absolutionis in scripti n. 43. Quis posset dispensare in priuatione officiorum, & inhabilitate remissione n. 44.*

**25. Quesito** ultima. Quas poenas incurrant feminæ extra casus licitos in virorum monasteria ingredientes, & religiosi sic ingredi admittentes, & quis ab eis absoluere, in cive dilipere valeat. Pius V. in eodem motu proprio excommunicationis poenam Pontifici referuata in feminas ingredi audentes statuit ibi;

judicium non sit deductum? Id quidem affirmat Manuel in expositione huius motus proprii, num. 3, statim in principi. Faretur tamen num. 32, in principio, non teneri reum huius criminis occulti delitare. Statim à sui offici vnu, propter infamiam, proprieque delicti manifestacionem timeret: at teneri mediis occulis dispensationem petere, & nullatenus acceptare aliud ratione inhabilitari. Et utrumque etiam docet Sorbus in compendio privilegiorum Mendacianum, verbo ingressus nonnullorum monasteriorum, nro. 10, verbi notandum est, an committens & vers. idem dicendum est, & Sayro in clavis regia, lib. 2, c. 10, n. 5. Fundamenta horum Doctorum reculimus supra lib. 2, huius operis, c. 22, n. 19.

59 Verum mihi probolius est adhuc aliquem Iudicis adum desiderari ad eas ptoas incurendas, nempe, declaratoriam eius criminis sententiam: atque ita illa verba, ab que alia declaratione, sunt intelligenda de declaratione penae. Fundamenta Doctorum in huius sententiae confirmationem retuli supra loco citato lib. 2, huius operis, c. 22, n. 10, & c. 39, eiusdem lib. num. ultimo, & in hoc lib. c. 15, n. 6.

40 Sufpenso autem illa à diuini, nullam vt incurritur desiderari sententiam, vt docent Manuel, & Sorbus num. 38, citari, & probant c. precedent. n. 9.

41 Quis autem possit absoluere ab excommunicatione Pontifici referata in hoc motu proprio contra feminas ingredientes in virorum monasteria, diximus c. 15, num. 76. A sufpenso autem haec à diuini, quam incurvant religiosi admittentes feminas, manifestum est, si occulta sit, posse Episcopum absoluere virtute Tridentina fisi, c. 24, cap. 6, potest etiam confessor approbatus ab ordinario virtute Bullæ cruciæ: quia concedit absolutionem ab omnibus censuris. At sufpenso est censura sp. querens, de verbis significacione. Et sic docent Sorbus in compendio privilegiorum Mendacianum, verbo ingressus monasteriorum monastrium, in suis annotationibus, num. 1, c. 1, vers. dicuntur. Manuel in expositione huius motus proprii, num. 34. Sed dicit viceque hoc posse dicendum in vita, & Iemel in mortis articulo. Sed dicendum est, posse toties, quoties: quia censura haec sufpenso non toleratur in hoc motu proprio. Bulla autem concedit absolutionem censuram non reservatarum voces, quoties. Poterunt etiam confessari Societas Iesu per sua privilegia, & communiter Mendicantes per eorum participationem absoluere toties, quoties: quia concedit nostris absoluere ab omnibus censibus, & censuris, & penitentibus ex eis toties, quoties, præterquam à contentis in Bulla Cœli Domini, vt concessit Paulus III: & habetur in nostris privilegiis, verbo absolvit, & ibi Pater noster Generalis Claudius Aquauia id concedit omnibus confessariis. Idem prout dicendum est de sufpenso, & interdicto ab ingressu Ecclesie, quia cap. precedent. n. 98, diximus incurri à Prelatis monasteriorum monastrium ingredientibus absque causa iusta in ea. Quia similiiter interdictum est censura, vt confat ex eodem cap. querenti, & ibi non reservatur. Ergo nec sufpenso illa.

42 Rursus limitant Manuel, & Sorbus ibide, nisi censura he fuerint in forum contentiolum deducere: quod tunc nullus confessarius poterit ab eis absoluere. Eandem sententiam sequuntur lunt aliqui iuniorum, quorun fundamentum est, quia facultas illa absoluendi, cum odiosa sit, & damnum inferat ordinatis, in eozam favorem videtur reskringenda, per notata cap. olim, de verbis significacione. Infuper, quia Concilium Tridentinum fisi, c. 24, cap. 6, de reformat, licet concedat Episcopis amplam facultatem dispensandi in irregularitatibus, & in aliis censibus, addit tamen limitationem, dummodo in forum contentiolum deducere non fint. Cum ergo Concilium Episcopis negauerit facultatem dispensandi, & absoluendi, quanto irregularitates, seu censura deducere sunt ad forum contentiolum, quafi rem gra-

uilliam id reputans, credendum non est, mentem Pontificis esse, concedere cuiilibet confessario, vt virtute Bullæ cruciæ possit absoluere ab excommunicatione, & suspensione deductis ad forum contentiolum. Denique quia Sixtus IV, extrauag. & si Dominici, la. 1, de penitentiis, & remissione, iubet ne virtute Bullæ cruciæ, vel alterius priuilegii generalis absoluatur damnatus sententialem condemnatus, vel publicè famarus. Propter haec docent insuper supradicti Doctori, virtute privilegiorum religionum non posse concedi absolutionem censurarum, quando ille deducere sunt ad forum contentiolum.

43 Sed dicendum est, posse excommunicatum, vel su- spensum absolu in foro conscientie, virtute Bullæ cruciæ, & virtute privilegiorum, quibus communiter fruuntur religiosi, per que eis conceditur facultas ad absoluendum ab omnibus censuris, quamvis censura illæ deducere iam fint ad forum contentiolum, & licet publica fint. Probarur, quia in Bulla cruciæ, & in dictis privilegiis religionum conceditur absoluere facultas absoluendi à censuris sine villa restituitione, aut limitatione. Privilegium autem sine restrictione concecum, à nobis limitandum non est. Confirmatur, quia si Concilium Tridentinum loco citato non apponenter dictam limitationem, possent Episcopi sine villa restituitione absoluere, & dispensare. Ergo cum Bulla cruciæ, & privilegia religionum non addant eam limitationem, sine restrictione accipiendia erunt. Secundò, idem ostenditur solutione argumentorum partis adiectae. Primum enim non obest, quia absolutio concessa virtute cruciæ, & privilegiorum religionis, non prodebet pro foro exteriori, sed tantum pro foro conscientie; & ita non interfici damnum ordinaris, quia illi, non obstante ea absolutione, poterunt procedere contra sufpensum, vel excommunicationem in foro exteriori, eadem ratione, as possent, siile in interiori non esset absolu- tus. Secundum etiam fundamentum non obstat, quia Concilium explicitat limitationem, & eam non apponit Romanus Pontifex in Bulla, ne in privilegiis. Præterea concessio Concilij erat perpetua per viam statut. & minus ampla, cum comprehendat ferre omnes irregularitates, & omnes causas referatas Sedi Apostolice: at concessio privilegiorum, & Bullæ, nec est ita ampla, cum secundum communione sententiam non se extendat ad irregularitatem, nec etiam perpetua. Infuper si Concilium concederet facultatem Episcopis ad absoluendum à censuris, & irregularitatibus deductis ad forum contentiolum, deberet illis concedere eam facultatem etiam pro foro exteriori, in quo Episcopi Indices sunt: unde sequentur plurima inconvenientia, & perturbantur iurisdictio eorum ad quorum forum deduxta essent censura illæ. At confessariis per Bullam, & privilegia concedi portu facultas absoluendi pro solo foro interiori, ex cuius vnu nullum potest (equi inconveniens in exteriori). Et ita hanc sententiam seu autem Ledefaria, 2, fisi, 26, art. 1, fisi, 33, 1. polaris in directione, c. 4, fol. 52, verbi q. quis, Anglos floribus, i. p. 1, queat, vnic de excommunicatione, art. 4, affi- endi, 2, Henricus lib. 8, de Euchoriſt, cap. 60, num. 4, & lib. de indulgencie, cap. 13, num. 2. Videtur tenere Couratt, cap. alma mater, i. p. 1, art. 11, num. 16, & expresse id defendit Sotus in 4, diff. 26, art. 3, cors. primus, in casu. Immo can- dem sentei etiam sequuntur illi polita Manuel Rodriguez in addit. ad Bullam, num. 49, §. 9. Vnde ad extrauag. & Dominis, respondetur primo, non interdicere absolutionem eiū, alii cumque criminis ad forum externum deducti, sed tantum censum hereticis. Secundo responde- tur, ibi solūm prohiberi absolucionem criminum deductorum ad forum contentiolum faciendum virtute facultatum confessarum ab eodem Sixto IV, non tam- men restingu facultates confessarum ab aliis summis Pon- tificibus, vt notat Sotus supra, Sylvestris excommunicatione, num. 32.

32. Nauart, cap. 27, summa, num. 55, & cap. 32, num. 75. Angel. excommunicati, num. 31. Respondetur tertio, eam extrauagantem exprimere iam, quia fuit quasi clausula addita de Bullam Cœli, quæ cum cœllarist authorē defuncto, cœllauit etiam extrauagans, atque ita casus illi Sotus, & Sylvestris citati.

44 Quis autem possit dispensare in priuatione officio- tum, & inabilitate ad illa statuta in hoc motu proprio aduersus religiosos, qui admittunt feminas in sua monasteria extra casus permisso, diximus cap. 15, num. 77, & 78.

## CAPUT XVIII.

Explicantur aliqua vota peculiaria emissa in So- cietate Iesu.

## SUMMARIUM.

Proponitur forma, qua emittunt professi Societatis Iesu vo- tum solemne obediendi Papa, n. 1.

Idem votum est peculiare Societatis Iesu, n. 1.

Explicatur quatuor pectora non obligatio possa ex voto induci, num. 3.

Proponuntur rationes probantes nullam nouam ex hoc quarto voto obligacionem induci extensuam, aut intensuam, num. 4.

Explicatur qualiter hoc votum nouam obligationem inducat, & si peculiare Societatis Iesu, & respondetur ad obiecta, num. 5.

Explicatur qualiter obliget ad obediendum Papa circa missio- nes non peccato viatico, & nulla excusatione proposita, num. 6.

Post numerum 6, innuenies alia summaria.

1 PRIMUM votum, quod explicandum venit, est quar- tum solemne obediendi Papa, quod emittunt professi quatuor votorum Societatis Iesu, quod multis non parum negoti faciliat, qualiter ita sit speciale Societatis, & quam nouam obediendi Papa obligationem pariat praे careris fideliibus secularibus, & religiosis. Que res vt clarior fiat, præmitto primò id votum sub forma etiam in omnibus fideliis, ut probauimus, promittunt ipsi ex voto obediunt, non minus quam aliis Praelatis regularibus; immo primo loco ipsi tanquam supremo Generali religionum. Ergo nec votum hoc vlo modo obligationem inducit praे generali obedi- entie voto omnium religionum, nec est peculiare Societati, sed omnibus religionibus commune. Quod si responderes, illud generale obediens votum esse implicitum respectu Pontificis, at votum Societatis Iesu esse explicitum; longè autem disidet vnum votum ab alio, vt confat in voto castitatis emulo in sacris ordinibus, postquam in religionis professione repe- titore, quamvis enim utrumque si soleme, vt quia illud est implicitum, nec autem explicitum, additur per hoc tanti momenti obligatio, vt authores assertant hanc circumstantiam necessariam faciendam si fæcetos fornicetur. Sed hæc solutio, licet appareat, non satis- facit, tum quia parum tribuit voto Societatis Iesu, tum quia in se non est vera; cum enim expresse promittatur obediens Praelato religionis, & Pontifex si verius, & peculiaris illius Praelatus, non minus quam careris, promittitur vriue expresse obediens ipsi Papa, sicut careris Praelatis. Tertiò, quia Diuus Franciscus speciale nomine suo, rotulique sue religionis obediens Romano Pontifici promisit, vt reluant Diuus Bonaventura in expositione reg. Diuus Franciscus cap. 1, & Corduba ibi, cap. 1, quest. 3, ad finem. Atque ideo Cle- mens V. Clement. exiuit de verbis significat. §. quia ve- ri. vers. attendens quadam, ait fratres Minores pedibus

Summa Th. Sanchez pars III.

X Sedis